

62
Viro Illustri

CONSTANTINO HUGENLO

Equiti,

Toparchæ Zuylichenij etc.

Celsissimo principi Auriaco à Consiliis et Secretis

S. P. D.

Jacobus Pilius.

Instita sunt animis nostris, Vir Illustri, semina quaedam immortalitatis, quodque natura negat, id arte ac labore conamur assequi; hi quidem probitate vel armorum gloria, illi vero scientiarum laude, viam sibi parant ad vite melioris perennitatem. Hoc ipsum agis, Vir Illustri, et dum acerrimo ingenio præditus indefesso labore omnium scientiarum fastigia conscendis et rimaris arcana, nomen tuum immortalitate donas, vivetque in animis posterorum existimationis tue memoria. Id etiam conari inceperat patruus meus pie memorie Martinus Pilius, qui cum iam in litteris progressus fecisset non omnino poenitendos, immatura morte raptus est cum summo meo et eius amicorum dolore. Verum ut ipsius quoque nomen ab oblivione vindicarem, eius poenitentia in unum quanto potui studio collecta, ex quorundam necessariorum meorum consilio ante annos XII. typis tradidi ne idem intercideret totus. Jam vero cum desiderentur Exemplaria, cogitavi, num opera-premium facturus essem, si eadem iterata editione luci redderem, quod profecto facere dubitavi donec doctorum Virorum de ipsis sententia mihi esset perspecta. Quapropter cum tantus Poëta sis, ut Musarum Alumnus iure merito dici possis, et omnes propemodum Europæ populi te suum celebrent, Te rogatum volui, ut si per gravissimas tuas occupationes liceat, tuam mihi de ipsis mentem dignareris aperire, quo fine ad te mitto eorundem exemplar. Quod si feceris, me summo tibi beneficio adstrictum sentiam. condonet etiam humanitas tua si adhuc alterum exposcam, nempe, ut Amicorum Album (quod in observantia signum ad Te destino) tuo nomine illustrares, meque inter tuos computare velis. quantum sis non plane novi; scio tamen quanti mihi sis, et quo loco tui amicitiam notitiam ac amicitiam constituam. vale. dabam Dordrecht, vaptim Augusti VIII. a. 1657. ex LV.

S. M. H. Nr. 157.

CONSTANTINO HUYGENO

Colloquio de ...

1652

Faint handwritten text, likely a letter or manuscript page, written in a historical script. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.



2. clxxxv

153
 De heer Constantijn Huygens
 heeft mij de eer te doen
 wisten dat hij de
 heer van der Meer
 heeft gezien op
 den 14den van
 dit maent.

Mijn h^{er},

Mijn h^{er}, h^{er} Constantin Huygens,
Ridder, h^{er} van Zuylichem, Raedt.
en Secretaris van sijn Hoocheyt
etc.



